

Iulius <Papa, II.>

Bulla Prorogationis generalis Concilli apud Lateranum

[S.l.] 1512

4 Conc. 102#Beibd.1

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00021674-8

VD16 K 245

Bulla Prorogatio

nis generalis Concilij apud Lateran.

per. S. D. N. Juliu. Papam. ij. edita.



11
Iulius Epus Seruus seruoꝝ d ei.

Ad futurā rei memoriā. Inscrutabilis diuine puidentie altitudo ad hoc nos maxime potestatis desup plenitudine tradita sup vniuersum gregē dñicum p̄sulem cōstituit/ vt ad remouendū atq; extirpandū de agro dñi vepres. ex quibus possent ecclesie sue sancte ⁊ christiane rei publice dissentiones ⁊ scandala puenire/ cura et sollicitudine assidua ac p̄ vigili intēdamus/ ⁊ vt ea cōgruo tpe/ ⁊ sine alicui⁹ incōmodo et periculo expediri valeant oportune p̄uideam⁹. Itaq; siquidē cupiētes Generale Conciliū in alma vrbe nostra apud Lateranū. vbi plurima Cōcilia habita fuerūt iuxta deliberationē ⁊ ordinationē p̄ nos de fratrum nostrorū Sancte Ro. ecclesie Cardinaliū cōsilio ⁊ assensu factā. Die Lune. Decimanona p̄sentis Mēsis Aprilis. q̄ erit feria sc̄da post octauā festi Resurrectionis dñi n̄ri Ihesu Chasti proxime p̄teriti auctore dño celebrare/ vt illa in eo statuerent ⁊ fierent/ q̄ cederēt ad laudē dei/ ⁊ ecclesie exaltationē/ vnitatē ⁊ reformationē/ ac scismatū ⁊ heresum totalem extirpationē/ fidelīq; pacē et salutē/ ac bonū publicū ecclesie sue sancte huiusmodi/ Venerabilib⁹ fratribus nostris Patriarchis/ Archiepis/ Ep̄is/ Monasteriorū Abbatib⁹/ et p̄relatis/ omnibusq; alijs ecclesiasticis/ vel secularibus/ etiā Regibus et Principib⁹/ ceterisq; p̄sonis/ q̄ de iure vel cōsuetudine in cōgregatiōib⁹ Generaliū Cōciliorū solent interuenire/ cessante legitimo impedimēto/ de quo legitime docere tenerent/ p̄ se vel alios idoneos nūcios p̄curatores vl' oratores legitima mandata habētes/ sub excōmunicatiōis/ alijsq; de iure vel cōsuetudine/ aut alias nō accedētib⁹ ad Generale Cōciliū in dictū infligi solitis/ penis mandauimus vt ad ip̄m Cōciliū Lateranē. accedere/ ⁊ vsq; ad dicti Concilij cōclusionē ⁊ dissolutionē p̄ nos/ vl' auctoritate nostra faciendā in dicta Vrbe morari deberēt/ necnon Charissimos in christo filios n̄ros/ ⁊ eiusdē Ro. eccl. filios Maximilianū in Ro. impatorē electū/ ceterosq; christianorū Reges illustres/ Duces Marchiones/ Comites/ ⁊ alios Nobiles in virtute setē obediētie/ rogauimus/ hortati fuimus ⁊ monuimus/ vt opem ⁊ operā adhiberent efficaces/ quod oēs ⁊ singule tam ecclesiastice q̄ seculares p̄sone i eorū Regnis/ Ducatibus/ et dominijs cōsistentes/ q̄ in generalibus Concilijs de iure vel psuetudine interesse Cōiueuerūt/ ad Cōciliū Lateranē. huiusmōi cessante impedimēto p̄dicto accederēt/ put in nostris inde cōfectis litteris plenius cōtinet/ ac locum apud Lateranū p̄ Concilio huiusmodi habēdo p̄parauimus/ et p̄ reformationē p̄dicta statuēda puro corde ⁊ recta voluntate adimplere p̄ponim⁹ ac ex litteris Cha-

rissimorum in Christo filiorum nostrorum Ferdinandi Aragonie et Sicilie
et Henrici Anglie/et aliorum Regum illustrium/ aliorumque principum nobis
constet Episcopos et alios prelatos Regnorum et dominiorum suorum ad Con-
cilium pro nos indictum venire et in itinere esse: Verum propter conflictum apud
Civitatem nostram Ravenam Romanodie p[ro]vincie nuper habitum/ ubi
magna hominum strages secuta fuit/ cum non solum rei militari operant
dantes/ sed etiam incole/ et habitatores illarum partium ad predam intenti
existant/ et propterea etiam prelati/ et alij ad Concilium huiusmodi venientes
sine magno incommodo et vite discrimine per civitates/ et loca Roman-
die/ et illis circumvicina transire non valeant/ viarumque itinera tuta non
sunt/ ac proxima dies lune qua Concilium pro nos indictum huiusmodi inchoari
et prelati/ ac ceteri huiusmodi Concilio interesse debebant instare noscat/
ipsique prelati adhuc non venerint/ et propter premissa remorari aliquandiu
cogant: Nos igitur Archiepiscoporum et Episcoporum ac aliarum personarum ad Con-
cilium huiusmodi accedentium periculis obviare/ et eorum comodo providere
volentes/ habita super his cum prefatis Venerabilibus fratribus nostris
matura deliberatione/ et ipsorum communi Concilio et assensu/ tempus Con-
cilij celebrandi huiusmodi/ ad hoc ut Archiepiscopi/ Episcopi/ et prelati/ ac Ab-
bates/ et alij ad Concilium huiusmodi accedentes/ et in itinere existentes/
inchoando Concilio interesse possint/ ad Kalendas Maias proxime futuras
auctoritate Ap[osto]lica tenore presentium prorogamus. Non obstantibus pre-
missis ac alijs constitutionibus et ordinationibus ap[osto]licis ceterisque con-
trariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
nostre voluntatis et prorogationis infringere/ vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit/ indignationem omnia-
potentis dei/ ac beatorum Petri et Pauli ap[osto]lorum eius se noverit incursum
Datum Ro. apud sanctum Petrum. Anno incarnationis dominice. Millesimo
quingentesimo duodecimo. Quintodecimo Kalendas Maij. Pontificatus
nostri Anno Nono. Bal. Tuerdus.

Ja. Questenberg

Anno. a M. dñi. M. D. xij. Inditione Quintadeci. Die vero saba.
Decimasep. Men. Apri. Pont. S. in Christo p[re]s[ent]is et dñi. M. dñi Julij.
divina providentia. p[re]s[ent]is. Anno Nono presentes retrospecte l[et]te ap[osto]lice p[re]-
fati. S. D. M. p[re]s[ent]is. fuerunt affixe et publicate in Basilicarum beati Petri/ et
S. Jo. Late. de Urbe/ et Cancellarie ap[osto]lice valuis seu portis/ ac in Alie
Campiflore. per nos cursores hic subscriptos / videlicet Everardus
duvivier Cursor. Ita est ut supra Bartholomeus de Mantua Cursor.

